Quelle: https://manuscripta.at/?ID=47060
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster

Sed Jesus Christus, male dedicationem uertebat in bonedicitionem, ita quod inter tam innumerabilem multitudinem à diuersis mundi partibus congregatam, tanta ac talis fuit deuotio, pax et concordia, quod etiam fit incredibile relatu. Ex quo Domino prosperante, uictualia in maxima quantitate & optimo statu reperta, cum tamen antea regiones ejusdem timeretur.

Prærer alios Prælatos Dedicationi adfuit Visitator noster.

Sed et hoc peterit nos latificare, quod inter plurimos Prælatos Reuerendus noster Visitator cum patribus de sua collegio, habuimus tunc presentem. Is quo, qui imperat uentis et mari, annum nobis dederat tam serenum, ut stationes predicatorum, die, noctu, in campis seberius haberentur.

Plane universis Dei gratia tam laudabiliter consentis, nos monachi per aliquos dies, partim Diuinis missa decimus apud S. Joannem, partim apud nouam basilicam dedicatam; ita ut post matutinas superius decantatas, descendentes reliqua in ferius Diuina officia usq; ad etandiu solueremus.

Quando, & quo Zelo Fratres migra, uerint ad nouum Monasterium.

Verum attendentes hec diu non posse fieri ordinate, in nocte S. Colomba, ni Abietis Stellis tamen ac luna lucentibus valde clare. Crebis matutinis de B. Virgine, non curantes instantis hyemis asperitatem, cum omni frequentia, hec est, supellectile universa, ad nouum monasterium transmigrauimus, ibidem Jesu Christo et sue Matri gloriosissime S. Marie perpetuo seruituri. Ordinantes, quatenus Beatissimo Joanni protectori nostro, ad monus singulis diebus, à nobis una missa in sua capella deberet celebra

LITTERAE FVNDATI; oris.

In nomine sanctæ & individuæ Trinitatis Amē, Meinhardus Dei gratia Tyrolis, et Goritiæ Comes Hanuiegiensis, Tridentine, et Brixinensis ecclesiarum Aduocatus, Universis Christi fidelibus presentibus et futuris, hanc paginam inspecturis in perpetuum. Quoniam labente tempore eterna, memorie labilitur accionum, actu nostrum recordationis digna litterarum fultimento duximus confirmanda. Recognoscentes itaq; quod ciuitatem hic manentem non habemus, sed futuram non mana faciem inquirimus, eternaliter permansuram, amictis de bonis temporalibus, et caducis, qui nos, dum defecerimus, in tabernacula eterna recipiant, fauente Deo nobis facere cogitamus. Cum igitur pro remedio sa, lutis nostrorum peccaminum, et progenitorum nostrorum, Ad honorem et reuerentiam Jesu Christi, et eius gloriose genitricis semper q; Virginis Marie, Joannis Baptistæ, ac omnium Sanctorum de precijs, seu proprie, tatibus nostris, Abbatiam monachorum Cistercinsium ordinis fundare inchoauerimus et consumare auxiliante Domino, feliciter et efficaciter uoluimus. Ere tenim memorie commendandum, et futurorum notitie duximus declarandum, quod ipsum nos ere fundationis nostre dotem Stambs, possessionibus eam dotauimus hic subscriptis. Donauimus equidem ecclesie nominate Villam totam in Stambs, cum Siluis, Agris, pratis, pascuis et omnibus pertinentijs eius tutis et incultis. Aduocatiam, et omne jus quod habuimus in Ecclesia parochiale Sills et eius filiabus. Item tres Mansi, curtis in monte supra Stambs sitos, Item Curiam in Tauue, cum omnibus iuribus suis, et attinentijs cultis et incultis. Item curiam in Staudach cum omnibus iuribus suis et attinentijs cultis et incultis. Item Aduocatiam et omne jus quod habuimus in Ecclesia parochiale Plays et eius dem ecclesie filiabus. Hec et alia, quæ à nobis data, et in posterum donanda Monasterio prætaxato et fratribus inibi Deo seruientibus salua et integra per nos, et heredes nostros iuramus perpetuo conseruari. Concedimus quoq; ut nostris, et ipsius ecclesie hominibus liceat matrimonia contrahere. Ita quod heredes eorundem contrahentium nobis et Monasterio prefato, equaliter deuideantur. Præterea cum constet ordinem Cistercensem à sede Apostolica, et ab imperialibus munificentia specialis prærogatiuis gratia pre cæteris religionum ordinibus sit dotatum existere, ac exemptum, ut in omnibus bonis et hominibus eorum, Aduocatum omnino habere non debeant, nisi quem sponte sibi duxerint eligendum, qui eos sine omni emolumento et exactione qualibet protegat et defendat, simpliciter propter Deum.

Nos eadem gratia prænotatum fundationis nostre locum, frui uolumus perenniter et gaudere. Decernimus insuper et statuimus ut nulli omnino Judicum nostrorum super bonis et hominibus antedicti Monasterij, nisi tantum in casu sanguinis hic expresso uidelicet, furto, homicidio, nec non uiolenta oppressione permissum sit aliquod judicium exercere. Quod tamen sic distinguimus, ut si in premissis excessibus